dela lib.a del Coll.o ori. de Cuenca

DOMINICI ARUMÆI ICTI.

Hæreditarÿ in Lobedau et Ieſswitz &

COMMENTARIUS

JURIDICO-HISTORICO-POLITICUS

DE

COMITIIS ROMANO-GERMANICI

Imperÿ.

Acceſsit memorabilium Index.

Cum gratia et privileg. Sa. Cæsar. Maj.

Editio Secunda.

Jenæ

SUMPTIBUS BLASII LOBENSTEINS

Bibliopolæ Ai.

M.DC.LX.

DOMINICI ARUMÆI JCti Commentarius *De* COMITIIS.

UNIVERSITARIA - SALAMANCA

IN EFFIGIEM

DN. DOMINICI ARUMÆI ICTI: HÆREDITARY IN LOBEDAU ET JESCHWITZ: Conſil: Sax. Anteceſſoris Jenenſis Celeberrimi. Facultat. Iurid. *Senioris. Curiæ Provinc. et Scabinatus Adſeſſoris etc. æri in ſculptam.*

Hæc ARUMÆUM quantum venuſta honorâ,
artifici, facies, effigiata manu.
Ingenii ac mentis cultus negat enthea virtus,
Reddidit ſi vel dextera Praxitelis.

Ipſe ut impoſuit ſcriptis veſtigia dudum,
cum Themidi applaudit quis potius alq; ſolum,
Ita vide Lector: Vultus ac corporis umbra
in tabula: in libris mentis imago viget.

Fec. M. Philippus Horſt Brunsvigât Poët. Laur. Cæſar. Orator. in Salana Prof. P.

Johan Dürr sculp.

Reverendiſſimis, Sereniſſimis, & Potentiſſimis
Principibus & Dominis,

DN. ANSELMO CASIMIRO
Moguntinenſi, & ArchiCancellario
Germanico &c.

DN. PHILIPPO CHRISTO-
PHORO Trevirenſi, & ArchiCan-
cellario Gallico, & Arelatenſi &c.

DN. FERDINANDO Colo-
nienſi, ArchiCancellario Italico.

DN. MAXIMILIANO Pala-
tino &c. ArchiDapifero &c.

DN. JOHANNI GEORGIO
Saxonico &c. ArchiMareſchallo &c.

DN. GEORGIO WILHEL-
MO Brandenburgico, ArchiCame-
rario &c.

IMPERII ROMANI ELECTORIBUS &c.
Dominis ſuis Clementiſſimis,

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA

DOMINICI ARUMÆI JCti, ET ANTECESSORIS Publici Commentarius

DE COMITIIS ROMANO-GERMANICI IMPERII

CAPUT PRIMUM.

SUMMARIA.

1. *Principis boni officium.*
2. *Conſiliarii boni.*
3. *Princeps ex diſpoſitione aulæ ſuæ æſtimatur.*
4. *Aulæ varietate affectuum impelluntur.*
5. *Princeps ſæpè circumvenitur.*
6. *Comitia Agere apud gentes pleraſq; receptum.*
7. *Comitiorum utilitas.*
8. *Comitia ſunt repagulum contra potentiam magnatum, cor, & clypeus imperii.*
9. *Comitia qui cogere diſſuadent, non ſunt audiendi.*
10. *Negocia graviora Ordinum conſenſu tractanda.*
11. *Comitiorum metu in officio continentur, qui in gratiâ Principis ſunt.*
12. *Querelæ ſubditorum ſæpè ſupprimuntur.*
13. *Gravamina totius Imperii occultari non poſſunt.*
14. *Tiberius ſimulat ſe jus Comitiorum cum populo communicare.*

MATRICULA SAC. ROM. IMPERII.

Oder
Des Heiligen Römiſchen Reichs Anſchlag durch die Verordnete Herrn Moderatores zu Wormbs bedacht.

ANNO M. D. LXVII,

Churfürſten.

	Monatl. zu Roß jeder ab 12. fl.	zu Fuß jeder ab 4. fl.	Jährl. zu unterh. der C. Ordinarie.	Cum augmento.
ChurMaintz. - -	60	277	300	500
Trier - - -	40	184	300	500
Cölln - -	60	277	300	500
Behäim -	400	600	-	-
Pfaltz - -	60	277	300	500
Sachſen -	60	277	309	515
Brandenburg -	60	277	300	500

Ertzbiſchoffe.

Magdenburg mit ſeinen Städten.	43	196	190	316
Saltzburg -	60	277	225	375
Biſantz - -	20	50	60	100
Bremen mit der Stadt.	30	150	40	66

DISCURSUS
DE
COMITIIS IMPERII ROMANO-GERMANICI.

Ex Jure publico.

Dn. Dominici Arumæi ICti

I.

QUam utile & neceſſarium ferè ſit, in arduis Reipub. negotiis conſilio uti, vel ſemi-politicus facilè intelligit. Qui non intelligit, cum *Saluſtio* experientiæ ſaltem fidem tribuat. *Poſtquam*, inquit ille, *mihi ætas ingeniumq́ adolevit; haud fermè armis atq́ equis corpus exercui, ſed animum in literis: quod naturâ firmius erat, in laboribus habui: atq́ ego in eâ vitâ multa audiendo & legendo ita comperi, omnia regna, civitates; nationes, usq́ eo proſperum imperium habuiſſe, dum apud eos vera conſilia valuerunt. Ubicunq́ gratia, timor, voluptas ea corrupêre, pòſt paulò imminutæ opes, deinde ademtum imperium, poſtremò ſervitus impoſita eſt.* Adeò verum arbitror, quod *Ariſtoteles in Rhetor. ad Alexandr. cap. 1. & ante eum Plato in Theage* conſilium, eorum quæ inter homines, diviniſſimum adſerit. Quippe teſte eodem *Platone in Alcibiade 1.* hominis ars & ſcientia gubernandi, nulla alia dicitur, quàm εὐβουλία bonum conſilium. Nec, quæ ſine eò viguerit, ullam reperire licet Remp. uti rectè cenſet *Petrus Gregorius.*